

bellam anethi, in qua semen oblongum, angulosum, degustanti statim acre: radix longa est, & iucundi odoris. Semen & radix excalfaciendi vim habent: potu stranguriæ & orthopnœæ medentur: veteri suffocationibus, comitalib[us]que prosunt, menses & partus trahunt, ad omnia interna vitia polent, ac tussim denique veterem sanant. Semen cum vino potum, concoctioni confert, torminâque discutit: epialis febribus est utile, & ad propulsandam in itineribus algoris iniuriam cum pipere ac vino babitur. Exterum ad partum adiuuandum capris certisque pecudibus datur in potu.

De Sefels Äthiopico. CAP. LXI.

Quod verò Äthiopicum siler appellatur, folia habet hederæ, sed minora & oblonga, ceu periclymeni Frutex grandis est, palmitibus ferè b[ea]t cubitalibus, ramiis dodrantalibus, & capitulis velut anethi: semine nigro ac ceu tritici denso, verùm acriore & odoratiori, quam sit Massiliense, ac valde suavi. Eadem vero præstat.

De Sefels Peloponnesi. CAP. LXII.

Quod autem in Peloponneso nascitur, folia habet cicuræ, sed latiora & crassiora: caulem supra Massiliensis magnitudinem, ferulacum, & latam in cacumine umbellam, in qua semen latius, odoratum & carnosius

nosius pender. Iisdem præditum est viribus.
Nascitur in asperis & vliginosis, atque col-
libus. Gignitur & in Ida.

De Tordylso.

CAP. LXIII.

TORDYLV M, quod aliqui Creticum
Seseli vocant, in Amano Ciliciae monte
nascitur. Herbula surculacea, exiguo semine
eoque rotundo ac duplice, scutulorum effi-
gie, subacri & aroma olente. Bibitur id con-
tra vrinæ difficultatem, & ad ciendos men-
ses. Succus caulis seminiisque adhuc virētis,
ternis obolis ex passo diebus decem bibitus,
nephriticos perlanat. Effieax quoque radix
est: siquidem pectoris excreationes purgat, si
cum melle delingatur.

De Sisone. CAP. LXIIII.

SISON exiguum semen est, quod in Syria
nascitur, apio simile, oblongum, nigrum
& feruentis gustus. Bibitur contra lienis vi-
tia & vrinæ difficultatem: itemque ad com-
morantes menses euocandos. Eo ipso indi-
genæ cum cucurbita in aceto cocta condi-
menti vice vtuntur. In cacuminibus autem
ceu granula multa gerit.

De Aniso. CAP. LXV.

ANISVM in vniuersum vim habet ex-
calfaciendi, exicandi, oris halitum iu-
cundiorem faciendi, dolores leuandi, dige-
rendi, vrinas ciendi, ac denique discutiendi

X. j.

dissipandique. Potum, hydropicis sifim cohibet: virulentorum animalium venenis aduersatur, itemque prodest ad inflationes: aluum & alba foeminarum profluua sifit, lactis vbertatem præstat & Venerem stimulat. Dolorem capitis leuat, suffitum naribus: & cum rosaceo tritum instillatumque, frætis auribus medetur. Efficacius porrò quod recens, plenū, minimè furfurosum, vehementique est odore. Laudatissimum est Creticum, proximum Ægyptium.

De Caro.

C A P . L X V I .

CARVM semen est exiguum, vulgaris notitiae. Vrinas ciet, excalfacit, stomacho vtile, orique gratum; concoctionem adiuvat, ac vtiliter antidotis & oxyporis admiscetur: denique non parua illi est cum aniso conuenientia. Est & cocta radix edulis, & quæ ac pastinacæ.

De Anetho.

C A P . L X V I I .

ANETHI aridi comæ seminisque decoctum potu, lac euocat, tormina inflationesque sedat, aluum & eorum quæ in summo fluitant ventriculo vomitiones cohibet, vrinas ciet, ac singultus lenit: frequenter potum oculos hebetat, & genituram restinguit. Est & eius decoctum foeminiis hysterics ad desessiones vtile. Denique vstum inspersumque semen, condylomata tollit.

De

De Cuminis satino.

CAP. LXVIII.

CV MIN V M satium, stomacho est utile: sed multò magis Æthiopicum, quod Hippocrates regium appellauit. Secundum locum tenet Ægyptium: mox reliqua sequuntur. Prouenit in Galatia Asiae, Cilicia & Tarentina regione, aliisque locis compluribus. Excalfaciendi, astringendi & exicandi vi præditum est: ad tormina inflationesque conuenit, seu coctum & cum oleo infusum, seu etiam cum hordeacea farina hydrelao subacta impositum. Datur & orthopnoïcis, in posca: demorsis à venenatis beluis, in vino. Testium inflammationibus auxiliatur, cum sua passa & fabarum lomento aut ceraso impositum. Cohibet & fluxum mulierem sanguinisque è naribus profluvia, in aceto contritum & admotum. Cæterum cutis colorem bibitum illitumve mutat in pallorem.

De Cuminis sylvestris.

CAP. LXIX.

Sylvestre Cuminum plurimum efficacius, que in Lycia & Galatia Asia atque Carthaginæ Hispaniæ gignitur. Est verò frutex exiguis, caule dodrantali ac tenui, in quo quaterna quinavé sunt minuta folia, tenuia, veluti ferrata & gingidij diuisura. Gerit autem in cacumine quina aut sena capitula rotunda & mollia, in quibus seimen acerosum &

X. ij.

gusto acrius, quam satium. Nascitur in collibus. Bibitur semen ex aqua aduersus tormina & inflationes: singultus ex aceto sedat: & contra virulentas bestias ac stomachi ex nimia humiditate imbecillitatem in vino bibitur. Sugillata tollit, si commandatum cum melle & vua passa imponatur. Quin & testium inflammationibus, adiectis iisdem impositum, medetur. Est & alterum sylvestris cumini genus, satiuo simile: quod quidem è singulis floribus erecta sursumque spectantia cornicula promit: in quibus semen est melanthio simile. Potum id, contra serpentium morsus singulari est praesidio. Quibus substillum est lotium, calculosis & sanguinis grumos mecentibus auxiliatur: verum semen apij decoctum superbendum est.

De Ammi. CAP. LXX.

AMMI nonnulli Aethiopicum, aliqui regium cuminum appellant. Alij alterius naturæ Aethiopicum cuminum, & alterius Ammi esse prodiderunt. Vulgo notum est semen, exile, multò minus cumino, & origani sapore. Eligito purum minimè quo surfurosum. Vim habet hoc quoque excaffactoriam, vrentem, & exiccatem: valet ad tormina, vrinæ difficultatem, ac venenatorum morsus, ex vino potum. Menstrua quoque

que ciet. Miscetur & cutim erodentibus medicamentis è cantharide paratis, quò resistat vrinæ difficultatibus, quæ alioqui id genus medicamentis superuenire solent. Sugillata cum melle impositum tollit. Sed & potu ac illitu colorem pallidiorem efficit. Suffitum autem cum vua passa aut resina, vulvam purgat.

De Coriandro. CAP. LXXI.

CORIANDRVM, Græcis Corion seu Coriannum, vulgaris est notitiæ, vim habens refrigeratoriam. Quare cum pane aut polenta impositum, erysipelata & quæ serpunt ulcera sanat: cum melle vero & vua passa, epinyctidibus, testium inflammationibus carbunculisque medetur: & cum faba fresa, strumas panolisque discutit. Semen exigua quantitate cum passo bibitum, lumbros pellit, & genituræ abundantiam facit. At si largius sumptum fuerit, mentem non sine periculo è sua sede & statu dimouet: quam obrem ab ipsis copiosiore frequentiore que vnu cauendum. Succus autem cum cerussa aut lithargyro, neenon & aceto atque rosaceo perunctus, ardentes in summa cute inflammationes emendat.

De Hieracio magno. CAP. LXXII.

HIERA CIVM magnum, caulem profert asperum, subruberum, spinosum, X. iii.